

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Undecima continens Regulas VI. circa
doctrinam

urn:nbn:de:bsz:31-102400

antur, an non fieri possit, ut is unum ex illis eligat?

XIIX. Secundo id expressis verbis docuit c. X. L. II. Eudem, quando ait: βέλονται μὲν γὰρ ἕνια καὶ τὰ ἀδύατα ἐιδότες, οἷον βασιλεύειν τε πάντων ἀνθρώπων καὶ ἀθάνατον εἶναι, παραρείται δὲ εἰς μὴ ἀγνοῶν ἢ ἀδύατον, i. e. volunt etiam interdum ea homines, quae impossibilia norunt, ut omnibus hominibus imperare, immortalem esse, id quod nemo sciens esse impossibile elegerit.

REGULA V.

Appetitus est soboles privationis.

Disputationum Philosophicarum.

UNDECIMA,

continens.

REGULAS VI.

circa doctrinam.

BONI ET MALI.

RESPONDENTE publicè

JOHANNE MORHAMMERO.

Leobschuzeński Silesiò.

REGULA I.

Majori bono opponitur majus malum.

I

Ita Alexander II. probl. c. XXXVI & exempli locò in I. Top. c. I. imò ipse Aristoteles XIX. Top.

S 3

Top.

Top. c. II. Quod si majori bono opponitur, majus malum, ergo etiam majori malo opponitur majus bonum, quoniam in omni oppositione utrumque extremorum alteri opponitur, ut sicut nigrum opponitur albo, sic album opponitur nigro. Unde probare possumus, tum aliquid esse deterius sive majus malum, quod ipsi opponatur majus bonum, vel id, quod est melius, tum, aliquid esse melius, quod oppositum ejus sit deterius.

II. Pertinet huc, quod *III. Top. c. II.* dicitur: Quorum corruptiones sunt magis fugiendæ, eæ sunt magis eligendæ. Similiter etiam in abjectionibus & contrariis accidit. Cujus enim abjectio vel contrarium est magis fugiendum, id est magis eligendum.

III. Sic vitia animi sunt majora vitiis corporis, quia bona animi sunt majora bonis corporis *VII. Polit. c. I.* In principio *L. IX. Eth. & II. Magn. c. 4. & seqq.* proponuntur ex unâ parte, tria bona, continentia, virtus humana, virtus heroica, ex alterâ tria mala, incontinentia, vitium & feritas. Vitium deterius est incontinentiâ, feritas deterrimum omnium, quoniam virtus, cui vitium opponitur, excellentius bonum est, quàm incontinentia, cui opponitur incontinentia, & virtus heroica, cui contraria est feritas, virtute, & per consequens multò magis continentia est melior. Politici Tyrannidem omnium rerum publicarum esse

esse pejus
regno,
oppona
regium
sit pesi

IV.

& flore
ras simp
tur nem
dine, ne
morbus

V.

tius bon
odisse i
lum est,

VI.

quàm v
formali
num. A
datur m
tur amo
onis De
Ergò no
tur maju

VII.

ni maju
tur inter
non inc
bonis an
S. III. t

esse pessimā, inter alias hęc ratione probant quod regno, tanquā omnium rerum publicarum optimæ opponatur. Potest vice versā, quoque confirmari, regium statum esse optimum, quod tyrannicus sit pessimus.

IV. Sed hęc obstat primò: *Euzētia* sive optima & florens valetudo est majus bonum, quā sanitas simpliciter; id tamen, quod *ivezētia* opponitur nempe *καχεzētia* sive recessus à florenti valetudine, non majus, sed minus malum est, quā morbus, qui opponitur sanitati simpliciter.

V. Secundò: Diligere inimicum est præstantius bonum, quā diligere amicum; nec tamen odisse inimicum gravius, sed tolerabilius malum est, quā odisse amicum.

VI. Tertio: Amor Dei non est majus bonum, quā visio Dei: (quia in visione Dei consistit formaliter beatitudo sive summum hominis bonum. At beatitudine sive summò bonò nullum datur majus) odium tamen Dei, quod opponitur amoris, est majus malum, quā carentia visionis Dei beatificæ, quæ opponitur illi visioni. Ergò non semper bonum majus est, cui opponitur majus malum.

VII. Ad I. respondetur, majori bono opponi majus malum, quando comparatio instituitur inter duo bona disparata, h. e. quorum unum non includit alterum, & id patet ex his, quæ de bonis animi & corporis, regnò item & tyrannide §. III. fuerunt dicta. At in bonis, quorum unum

alterum includit, sive ut Aristoteles loquitur *III. Top. cit. In Phœtes In regu*, malum, quod minori bono opponitur, majus est, id quod probatur per primam objectionem, quia in ea *εὐεξία* tanquam majus bonum includit sanitatem tanquam minus bonum. Est enim *εὐεξία* sanitas, & quidem florens & optima. Hæc responsio est ipsius Aristotelis & Alexandri. Et declaratur ulterius exemplo *ἡ ἰσχυρία ἐν ἰσχυρίῳ*, quorum hoc illo majus bonum *III. Top. c. II.* privatio tamen *ἡ ἰσχυρία* est majus malum privatione *τὸ ἐν ἰσχυρίῳ*. At τὸ *ἰσχυρίῳ* includit *εὐεξία*.

II. Quæ distinctio abhibenda quoque ipsis malis est, quando nimirum colligitur, aliquid esse melius, quod ejus oppositum sit pejus.

III. Aristoteles visum quodammodo reliquis sensibus anteponit *in princ. I. Metaph.* sed sunt qui tactum visui præferre non dubitant, hoc argumentò, quod privatio tactus sit deterior privatione visus. Tactus enim ablatio mortem infert, id quod nec visus, nec ullus aliorum sensuum facit, sicut traditur *III. de anima t. 61.* Cum igitur id sit majus bonum, cui opponitur majus malum, visu potior habendus erit tactus. Respondetur: Quando malum majus includit vel *In Phœtes* minus malum, non necesse est, bonum, quod ipsi opponitur, esse majus. At privatio tactus *In Phœtes* privationem visus, ut *g. præc.* confesum est.

IV. Verùm huic doctrinæ obstat exemplum, cu

jus S. I.
cùm sit
feritas,
virtuti
tus simp
in iis, q
enim he
stiactio
unum a

XI.

uno me
jori, qu
cujus h
Jam et
bonum
excellen
contine
dit, *κα*
lit, non
tam *εὐ*
tur, &
ab ipso
malū i
tūm id
modie
reperi
& fast
cedere
tūm 8

ius §. III. facta mentio, nimirum virtuti heroicæ cum sit majus bonum, quam virtus, opponitur feritas, quæ majus malum, quam vitium, quod virtuti opponitur; virtus tamen heroica & virtus simpliciter non sunt in bonis disparatis, sed in iis, quorum unum alterum includit, Virtus enim heroica virtutem simpliciter includit. Distinctio igitur inter bona disparata, & ea, quorum unum alterum complectitur, rem non expedit.

XI. Hunc nodum ita tollendum censeo: Non uno modo contingit, malum opponi bono majori, quod scilicet ita majus est, ut bonum minus, cujus habitâ ratione dicitur majus includat. Jam enim malum illud non destruit totum bonum majus, sed tantum ejus *επιεργειαν* sive excellentiam, quemadmodum cum in *ευσχηια* duo contineantur, sanitas & id, quo sanitatem excedit, *καχεξια* ipsi opposita posteriùs tantum tollit, non ipsam sanitatem, & sic non destruit totam *ευσχηιαν*, vel omne id, quod *ευσχηια* importatur, & de hisce vera est exceptio *preced. §. VII.* ab ipso Aristotele & Alexandro assignata. Jam malum illud totum destruit bonum, & non tantum id quod alterum minus bonum superat, cujusmodi est feritas. Cum enim in virtute heroica duo reperiantur, & virtus, tanquam communius quid, & fastigium illud, quod captum humanum excedere videtur, feritas non hoc fastigium tantum & eminentiam virtutis tollit, sed ipsam

quod

quoque virtutem & ita totam rationem virtutis heroicæ. Et in quibus istô modô malum opponitur majori bono, in iis servatur Regulæ contra vigor, neque opus est exceptione §. VII. adhibitâ quod evincit §. præc.

XII. Ratio diversitatis est, quôd, cum sicut majus bonum, id est, quod alterum bonum includit, sic & majus malum sit id, quod alterum malum includit, in posteriori casu malum, quod majori bono opponitur, includit minus malum, sicut feritas includit vitium, & sic ipsum quoque majus malum sit oportet: In priori verò casu malum, quod minori bono opponitur, includit malum, quod majori bono opponitur; quemadmodum morbus includit *κακότητιν*, non autem *κακότητιν* morbum, & propterea ipsum majus malum esse necesse est.

XIII. Ad II. respondent, inter diligere inimicum & diligere amicum duplici modô posse attendi comparationem: primò, ut sumantur separatim, h. e. ut diligam inimicum non diligendo amicum, & vice versâ; secundò, ut inimici dilectio conjuncta cum amici dilectione comparetur cum amici dilectione solâ, sive sejunctâ à dilectione inimici, quæ duplex comparatio locum quoque habet in odio inimici & odio amici. Jam respondent, quando dicitur, majus bonum esse diligere inimicum, quàm diligere amicum, id *κακότητιν* esse, si secundo modo intelligatur, Dilectio certe

certe in
jus bonu
bet igitu
junctum
um soliu
amici se
inimici d
paration
esse maj

XIV.

ita, ut an
quàm di
jus esse b
quod diff
actus for
meliores

XV. A

oppositio
contrario
rum iustit
iam si am
potest q
ror circa
trario, si
amor, q
ita consi
malum e
pejus est
Theol. S

certè inimici conjuncta cum dilectione amici, majus bonum est, quàm dilectio solius amici. Debet igitur in malis quoq; sumi odium amici conjunctum cum odio inimici ex unâ parte, & odium solius amici ex alterâ. Et sic negatur, odium amici solius pejus esse odio inimici, id est, odio inimici & amici simul. Si autem in priori comparatione sumantur, negatur, diligere inimicum esse majus bonum, quàm diligere amicum.

XIV. Quod si dicas: diligere inimicum etiam ita, ut amicum simul non diligas, difficilius esse, quàm diligere amicum solum, & propterea majus esse bonum. Iterum respondent, non omne, quod difficilius est, statim majus esse bonum, quod actus fortitudinis sint difficiliore actibus justitiæ, meliores tamen non sint.

XV. Ad III. aliqui respondent, non esse similem oppositionem. Nam amor & odium opponuntur contrariè; visio & carentia visionis, privativè. Mirum igitur non esse, si odium sit majus malum, etiamsi amor non sit majus bonum. Sed iterum objici potest quia odium Dei est majus malum, quàm error circa Deum: At error opponitur visioni contrariè, sicut odium amori: Ergo majus bonum est amor, quàm visio. Respondeo igitur ex dictis: Si ita considerentur præcisè in genere nature, majus malum est error quàm odium. Si in genere moris, pejus est odium, quàm error. Sunt verba Becani Theol. Scholast. part. II. Tom I. Tr. I. c. I. q. II.

RE.

REGULA II.

Quod est diuturnius, melius est minus
diuturno.

I. Το πολυχρονιώτερον ἢ βραχύτερον αἰρετώτερον τὰ ἡπτόν ποιῆται, quod est diuturnius & stabilius magis est eligendum, quam id, quod minus talis ait, Aristoteles III. Top. c. I. Ergo, inquit, captivitas, exilium, cruciatus, quò diutius durant, eò, huius propositionis, erunt meliora.

II. Sed sciendum, ad ea, quæ bona sunt, tantum, hoc effatum pertinere. Melius est bonum, quod cum quâdam perpetuitate conjunctum, quam quod parvo tempore durat. Ita bona animi præstant bonis corporis & fortunæ, quod sunt firmiora & durabiliora, tanquam magis in perestitate nostrâ constituta. Sic & scientia opinioni præferenda est, quod sit ex sua natura τῶν ᾤοντων ἢ ἀποφασιστικῶν καὶ ἀσπαστικῶν, opinio autem ἐκ τῶν ὑποκινήτων καὶ ταχόμεθα βαλλόντων.

III. De malis contrarium pronuntiandum. Malum diuturnius pejus est & magis fugiendum quam id, quod minori tempore durat. Sic æterna damnatio omnibus aliis malis horribilior est, hoc ipso etiam, quod æterna est. Aristoteles IV. Eth. c. I. ἀνεκδιέτητον vel avaritiam magis malum esse pronunciat τῆ ἀσώβια sive profusione, vel hanc ob causam, quod illa perseveret, imò ingravescente ætate crescat. hæc verò & ab ætate &

ab inopi
tur.

IV. I
Top. ait
quam ac
inest, sin
sententia
cicens di
nō est b
ratio sen
ipsa per
ante mo
pravat
longiori
aliud ig
Φύσις ὅ
αὐτῶν
sis. meli
norum
fuit dex
perman
V. v
urtum
est in b
melius
mō eni
pillum
qui gle
morter

abinopiã minuatür & tandem penitus curetur.

IV. Egregiè Schegkius in cit. c. III. Lib. I. Top. ait, Duratio ipsis, seu τὸ πολυχρόνιον, tanquam accidens bonis & malis rebus comparabilius inest, simili ferè modò, quo permansio in eadem sententiã & constantibz & pertinacibz inesse per accidens dicitur (Nã per aliud bona est.) Quare per se nõ est bona permãtio in eadẽ sententiã, quare nec duratio seu τὸ πολυχρόνιον. Et paulò post: Duratio ipsa per se non probat aliquid melius esse, ut paulò ante monuim9, alioqui sequeretur, ut superstitio & prava religio præstaret verã & incorruptã, quàm longiori tempore superstitio duraverit. Propter aliud igitur durabilius est melius, nempe quia vel Φύσις vel simpliciter existit bonum, & non quia αὐτὸς durabilius. In duobus existentibus studiosis, melior est, qui magis assiduo. Et potentia Romanorum præsit Græcorũ regno seu monarchia, quia fuit durabilior. Et meliores sunt amici, qui diutius permanent in mutua benevolentia.

V. Verumenimverò, ne tum quidem, quando utrumque eorum, quæ inter se contenduntur, est in bonis, id quod diuturnius aut firmitus est, melius esse, plurima sunt, quæ ostendunt. Primo enim, quis est, qui quercum homini, qui lapillum abjectissimum rosæ, qui sensum scientiæ, qui gloriam & nominis celebritatem, quæ post mortem quoq; permanet, virtuti præferat.

VI.

VI. Secundò *eueſia* præſtantior eſt ſanitate, cum tamen ſanitas ſit aliquid durabilius. Illa enim nunquam nobis convenit, niſi iſta adſit. hâc autem deperditâ, illa adeſſe non poteſt.

VII. Doctores Veneti *in loc. Top. cit.* reſpondent, regulam eſſe ſemper veram, ſi has duas conditiones adſciamus; I. Si id, quod tempore aut firmitate exceditur, non excedat in aliquò aliò, quod ſit majus & præſtantius quàm id, in quò exceditur. II. Si quod magis diuturnum in minùs diuturno non includatur.

IIIX. Ea igitur, quæ priori objectione fuerunt adducta, nihil nobis incommodant, propterea, quòd majus quoddam eſt id, in quo homo quæcum, roſa lapillum, ſcientia ſenſum, virtus gloriam excedit, quàm ſit diuturnitas, quâ hæc illi præſtant.

IX. Ad alterum de ſanitate & *eueſia* reſpondent, propterea illam non eſſe præferendâ, quod in *eueſia* comprehendatur.

X. Verùm neſcio, an poſteriori reſtrictione opus ſit, quippe quæ ſub priori contineri videtur. Quando enim contingit, id, quod diuturnius eſt, deterius vel non melius eſſe eò, quod citius tranſit, propterea, quod in iſtò includatur, tunc ſane id quoque intervenit, quòd minus diuturnum excedat alterum in aliquò, quod ſit melius & præſtantius ipſâ diuturnitate, ſicut patet in *eueſia* comparatâ cum ſanitate.

XI.

uturnius
aliâs id, c
ſi duo æd
paria, id
ferendum
præſtant
ciſâ dura
ſe longis
applican

XII.

paration
ter ſit præ
accessori
mento, ſ
bilius. A
citer meli
qua long
qui meli
dinem, q
altero m

XIII.

putat Pe
a. VII.
vel mino
res perfe
niſi fuerit
avi, tert
ad ſuper

XI. An breviter dici potest, bonum, quod diuturnius est, esse melius, cæteris paribus, aut nisi aliàs id, quod minus diuturnum, sit melius? Ita si duo ædificia aliàs bonitate & commoditate sint paria, id, quod durabilius est, alteri longè præferendum est. Neque quercus est melior aut præstantior homine, propterea, quod homo præcisâ duratione naturæ nobilitate quercum post se longissimè relinquit. Quæ doctrina aliis etiam applicanda est.

XII. Schegkius existimat, si, propositâ comparatione inter duo bona, utrum altero simpliciter sit præstantius, non satis liqueat, tunc uti nos accessorio, sicut ipse loquitur, temporis argumento, siquidem unum bonum fuerit altero stabilis. *Non enim quia diuturnius, idcirco simpliciter melius esse; sed quia bonum, idcirco melius, quia longiori interdum tempore duret, quod alioqui melius esse non constaret nobis propter similitudinem, quâ esse ambo dicuntur bonum, sed unum altero melius, quia durabilius.*

XIII. Non prætereunda videntur illa, quæ disputat Pererius de communib. rer. nat. princ. L. XII. c. VII. *Sed queret aliquis, inquiens, an major vel minor duratio arguat maiorem vel minorem rei perfectionem. Resp. Cum tres ordines durationis fuerint a nobis constituti, unus æternitatis, alter ævi, tertius temporis; si excessus durationis pertineat ad superiorè ordinem, quemadmodum duratio*

atq;

eternitatis major est, quam duratio eui, & hæc, quam duratio temporis, procul dubio ex majori duratione ferè colligitur major perfectio rei: Constat enim, rem eternam perfectiorem esse rebus æternis, & has rebus temporalibus. Atq; hujus rei causam esse reor, quod talis varietas durationes nascitur ex varietate nature ac perfectionis essentialis. Addidi illud (ferè) propter materiam primam, cælos, & animum nostrum, quæ res mensurantur a vò: materia tamen imperfectior est compositò naturali; & animus noster imperfectior est homine, utpote cujus est pars: & cælos multo putant (quod per se non sint animati) ignobilior esse rebus animatis temporalibus & mortalibus, nisi forte, quod supra dictum est, contendat aliquo verissimum esse, adjunctis duabus conditionibus, nimirum sint substantiæ completa, & sint ceteri paria, & ut in eodem, & secundum idem comparatio fiat. Major autem & minor duratio in iis, quæ sunt ejusdem ordinis, non variant perfectionem rei secundum magis & minus, alioquin metalla, quæ diuturnioris sunt durationis, nobiliora essent homine; & cum omnes angeli sint pares duratione, pares itidem essent perfectione.

XIV. Verùm hic sese offert locus Aristotelis I. Eth. c. VI. ubi dicitur, non ideo, quod sempiternum aliquid est, magis esse bonum, siquidem neque res candida diuturna magis candida est, quæ unum diem candida est.

XV
fari vide
piternu
superius
nius, ut
videtur,
ram esse
aliàs alt

XVI
formali
quod m
non est
turnum

XVII
jusedm
num ali
verbis p
mum b
conсите
quod a
eadem c
gitur un
terum e

XIX
za Jov et
perpetu
det Aris
piternu
num: u

XV

XV. Hic fortassis nostræ Regulæ non adversari videbitur, quod dicitur, non ideò, quod semper eternum aliquid est, magis esse bonum, cum ipsi superius ostenderitimus, posse aliquid esse diuturnius, ut non sit præstantius. Verùm id evertere videtur, quod §. XI. diximus. Regulam tunc veram esse, quando id, quod duratione exceditur, aliàs alterum perfectione non excedit.

XVI. Loquitur enim Aristoteles de iis, quæ formaliter & essentiâ eadem sunt, & in quibus id, quod minus est diuturnum, præcisâ duratione, non est melius, & tamen illò id, quod magis diuturnum, melius vel magis bonum esse, negat.

XVII. Esse autem ipsi sermonem de iis, quæ ejusdem sunt essentiæ, & in quibus minus diuturnum aliàs nõ est melius, patet primò, ex eò, quod verbis præcedentibus sententiæ Platonis, summum bonum in ideâ boni, quod vocat *ἀγαθόν* consistere statuentis, opponit hoc argumentum, quod *ἀγαθόν* & *ἀγαθόν* sit *εἰς τὸ ὁ αὐτὸς λόγος* eadem definitio, vel quod specie idem sint. Si igitur unum non est summum bonum, neque alterum erit.

XIIX. Quod autem regerebatur, τὸ *ἀγαθόν* esse perpetuum, alia autem bona non esse perpetua, & propterea illud melius esse; respondet Aristoteles, ex eò, quod perpetuum vel semper eternum aliquid est, non statim esse magis bonum: ubi evidens est, loqui eum de re minus diu-

turna hujusmodi, quæ diuturniorem vel permanentiorem in alio aliquo non excedat. Neque enim unquam diceret Plato, quamcunque rem suâ ideâ in aliquo esse perfectiorem.

XX. Secundò patet ex eo, quò tanquam argumento utitur, nempe quod inter duo candida, id quod diuturnius est, non est magis candidum. Atqui candidum minus diuturnum non est perfectius magis diuturno.

XX. Quæ sanè ratio contra Regulam præsentem, & ea, quæ pro eâ explicandâ attulimus, non exigui momenti esse videtur. Si enim candidum *πολυχρόμιον* non est magis candidum τῶ ἐφημέρῳ, neque bonum *πολυχρόμιον* est magis bonum τῶ ἐφημέρῳ. Par enim est ratio.

XXI. Eustratius, Græcus Interpres hîc loci contra Philosophum disputat, & primò hujusmodi proponit argumentum: Si esse unicuique melius est, quàm non esse, efficietur, ut esse etiam semper, quàm aliquando, longè melius sit. Nam id, quod aliquando est, cum interruptitur, ne amplius sit, tunc non amplius est, sed planè non ens evadit. At sempiternum tunc adhuc est ens. Longè igitur melius erit eò, quod non amplius est.

XXII. Secundò negat, *ἀποαγαθῆς & ἀγαθῆς* sempiterni & temporarii esse *ἓνα καὶ αὐτὸν λόγον*, quod illud sit materiale, simplex, *ἀμέτετον, πρῶτον ὄντων*, hoc autem materiale, compositum, *ἐπιπέδιον*, imago. At materiali & immateriali, simplici & composito &c. non potest esse eadem & communis definitio. XXIII

XX
sequen
est mag
dion
aliquid
compa
quæ fir
hæc he
naturæ

XXI
mus, co
& prob
pho de
id, quo
excedit
separat
de natu
& ὁ ἀνδ
una def
est, bon
iam qua
ditur: i
Si enim
candid
est mag
πολυχρ
XXV
non est
commu

XXIII. Hinc tertio videtur negare hanc consequentiam Philosophi: Album πολυχρόνιον non est magis album, quam ἐφήμερον, E, neque τὸ ἀίδιον ἄγαθον, E, propterea, quod sempiternum est, aliquid magis bonum est. At enim, non autem comparationem esse sempiterni cum temporali, quæ sit ἕμια ἐξουσία πρὸς τὸ βραχυχρόνιον, cum hæc licet quantum ad tempus divisa fiat, ejusdem naturæ esse possint, illa verò non possint.

XXIV. Ut nostram de hisce mentem aperiamus, concedimus id, quod §. XV. & seq. assertum & probatum fuit, nempe sermonem esse Philosopho de iis, quæ ejusdem sunt rationis, & in quibus id, quod duratione exceditur, aliàs alterum non excedit. Et sanè, si Ἐάγαθον datur aliqua idea separata, quæ dicatur ἀποαγαθόν, utriusque eadē natura erit & definitio: sicut ὁ ἀποάνθρωπος & ὁ ἄνθρωπος apud nos est una species, iisque una definitio est communis. Hòc positò, verum est, bonum diuturnius non esse magis bonum, etiam quando à minus diuturnò in aliis non exceditur: satis firma quoque est argumentatio §. XX. Si enim bonum est una species, quemadmodum candidum, certè sicut candidum πολυχρόνιον non est magis candidum τὸ ἐφήμερον, neque bonum πολυχρόνιον erit magis bonum τὸ ἐφήμερον.

XXV. At in veritate res non ita habet. Bonum non est certa aliqua species, neque ejus est una communis idea, cum per omnia vagetur præ-

dicamenta, quemadmodum Aristoteles *presenti cap. VI. Lib. I. Eth.* docet. Ex quibus etiam, difficile non est perspicere, ea quæ s. XX. & XXI. ab Eustratiõ disputantur, Aristoteli non adversari. Non enim is asserit, sempiternum tanquam rem immaterialem, & temporarium tanquam materialem, &c. habere eandem naturam & definitionem, sed, secundum ipsum, id ex sententiâ Platonis sequitur, quod quia inconueniens est, i. deo & Platonis sententiâ absurdis non caret.

XXVI. Sed nec ratio Eustratii s. XXI. ut dictis manifestum est, Aristoteli aut nobis refragatur, & paucis mutatis, æquè in magis & minus diuturno habet locum, ita: Si esse unicuique melius est, quàm non esse, efficietur, ut esse etiam longiori tempore, quàm breviori, longè melius sit. Nam id, quod breviori tempore est, cum interruptum, ne amplius sit, tunc non amplius est, sed planè non ens evadit. At quod longiori tempore est, tunc adhuc est ens. Longè igitur melius erit eo, quod non amplius est.

XXVII. Quamquam puto, hæc distinctionem esse adhibendam hujusmodi: Id, quod diuturnius est, & id, quod minus diuturnum, bifariam considerantur, primò simpliciter, vel, ut utrumque est; & sic non necesse est, illud esse hoc melius; vel, ut, dum illud adhuc est, hoc non est amplius, & sic illud melius est hoc, idque probat argumentum.

XXIII

XX
hïc fu
dici du
rei, vel
caro in
Lunæ c
Plinius
cundò
te exte
duo lig
bilia; a
tero fa
XX
nius ef
nitate
sterior
terum
dici po
esse, ut

I. I
enã
tandæ
perfor
nioner
sic era
mè sit
& libe

XXIIX. Fortassis autem nec id supervacuum hic fuerit, si notemus, aliquid aliquo diuturnius dici duobus modis primò, propter ipsam naturam rei, vel aliquam ejus qualitatem, ut lapis ligno, caro infumata recenti, materies, quæ in coitu Luna cæsa, ei, quæ alio tempore, ut auctor est Plinius *Lib. XVI. cap. XXXVI.* comparata; secundò ratione eventus tantum, vel quia ab agente externo violento modo non corrumpitur, ut duo ligna ex eadem arbore recisa æquè sunt durabilia; alterum tamen, si in ignem conjiciatur. altero fabricorum operibus reservato, minus durat.

XXIX. Jam id, quod posteriori modo diuturnius est, cæteris paribus, vel nisi aliàs alteri in bonitate cedat, est melius, non autem id, quod posteriori, nisi attendamus tempus, quo est, cum alterum non ampliùs sit. Eâ enim ratione melius dici potest, quoniam melius est esse, quàm non esse, ut dicit Philosophus *II. de gen. & corr. c. 59.*

REGULA III.

Bonum conservat id, cujus est bonum.

I. Ita Aristoteles *II. Polit. c. II.* καὶ τοὶ τόγῃ ἐνάστῃ ἀγαθὸν ἀλλεὶ ἐνάστον. utiturque eo ad refutandam Platonis hypothesein, quâ *V. de Republ.* sub personâ Socratis uxorum & liberorum communionem in republicâ adstruere conabatur. Illa sic erat: Maximum civitatis bonum est, si maximè sit una. Cum igitur dicta communio uxorum & liberorum maximè unâ faciat civitatem, con-

sequitur, eam in maximis habendam civitatis bonis.

II. Aristoteles utramque propositionem multis disputandō oppugnat. At evertendam majorem utitur inter alia hōc argumentō:

Bonum cujusque conservat unumquodque.

Sed maxima unitas non conservat civitatem, sed destruit & funditus tollit.

Ergō non est in bonis ejus numeranda.

Minorem probat, quia si in faciendā civitate magis atque magis una longius progressi fuerimus, fiet, ut ne civitas quidem maneat, sed tandem ex civitate existat tantum domus, quæ est quid magis unum, quàm civitas; imò existat homo, qui est magis unū quid quàm domus. At hōc ipsō evertitur essētia civitatis, quæ cōsistit in multitudine, non solum hominū, eorumque dissimilium, & multis rebus differentium, sed etiam domorum.

III. Propositio major in argumentō Aristotelis contra Platonem, cui nos præsentem locum inter Regulas nostras adsignavimus est ipsius Platonis. Ita enim ille in X. de Repub. ferè circumdum: *Dico, bonum aliquid vocas? & malum aliquid? voca. Nunquid de his idem tibi, quod mihi videtur? Quid? Malum puto omne, quod dissolvit & corrumpit, quod vero juvat & servat bonum. Et ego. Bonumne cuiquam aliquid, & malum, aliquid esse dicis? Veluti oculis lippis.*

indines
arugin
q. rubi
dam na
Equid
accidit
que tot
um igit
corrum
corrum
destrui
lum H

IV.

ritate u
conserv
id, cuj
scientia
imprud
la. N
lorum
in mor
neque
poris b
At nec
deur,
miores

V.

rem, ho
lum est.

indinem, & toti corpori morbum, frugibus cibisq;
 eruginem, lignis cariem ac putredinem, eri ferro
 q; rubiginem, atque dico, ferme in omnibus secun-
 dam naturam propriam cuiq; malum ac morbum?
 Equidem. Quoties hujusmodi quicquam alicui
 accidit, deterius illud cui contingit, efficit, ac deni-
 que totum dissolvit ac perdit? Quidni? Propri-
 um igitur cuiusq; malum suaq; pravitas quodlibet
 corrumpit, ac nisi id corruerit, nihil aliud unquam
 corrumpet. Neque enim quod bonum est, aliquid
 destruit: neque rursus id, quod nec bonum, nec ma-
 lum. Hactenus Plato.

IV. Verum dubitaverit fortassis aliquis de ve-
 ritate utriusque hujus propositionis: *Bonum
 conservat id, cuius est bonum, & malum destruit
 id, cuius est malum.* Intueamur primo justitiam,
 scientiam, prudentiam, injustitiam item, errorem
 imprudentiam, & alia animi tum bona, tum ma-
 la. Nullum horum animam destruit, nullum il-
 lorum conservat. Cum enim ea sua natura sic
 immortalis, neque destrui a vitiis suis potest,
 neque a virtutibus conservatur. Secundo cor-
 poris bonum est pulchritudo, deformitas malum.
 At nec conservare hæc, nec perdere illa corpus vi-
 detur, cum hominibus forma præcellentis defor-
 miores vivacitate nihil cedant.

V. Hæc pronunciata: *Quicquid conservat
 rem, bonum ipsi est, & quicquid destruit rem, ma-
 lum est.* vera esse non dubitamus.

VI.

VL. Loquimur autem de eò, quod per se fit. Nam v.g. vitam tueri abnegatione nominis C. h. r. i. s. t. i, malum est homini, bonum contra, pro ipso subire mortem. Verùm malum illud est, non ratione conservationis vitæ, sed quatenus divina voluntati adversatur, & ingressus est ad æternam mortem. Bonum autem hoc, non quatenus illa mors deletio vitæ est, sed quatenus divina voluntati conforme, & introitus ad meliorem vitam est.

VII. Hinc illa quoque: *bonum conservat id, cuius est bonum, & malum destruit id, cuius malum est*, tota falsa non esse, necesse est, eùm ex prioribus illis efficiantur, interveniente conversione. At quodlibet universale verum gignit per conversionem ex se aliquid ex parte verum. Confirmaturque ipsa experientia & exemplis, tum à Platone in verbis §. V. adductis, tum calore, qui quamdiu temperationem servat, optimum quod homini est, eumque sanum & vegetum conservat; intensus autem nimium & immoderatus eum necat, & aliis multis.

VIII. Argumentum secundum videtur convincere unum verum verum non esse. Si tamen negationes accipiantur, ita scilicet: *Bonum non destruit id, cuius est bonum; Malum non conservat id, cuius est malum*, universaliter & sine exceptione verum est. Et sic sensus, ut & quod §. V. diximus, sufficit. Admittit tamen argumenti Aristotelici Platonis sententiæ §. II. oppositi, tum eorum quoque.

quæ di
Platon

IX.
utramq
capaci.
tar verb
mortal
neq; ut
Non lo
primæ,
rediger
petuita

Absur
a

I. S
Marfil
Ad a p
eja d

II
lem, &
bet pro
non in
propri
alieno
ejus in
malo a
prium

quæ disputat ipse Plato locò §. III. *cit.* Imò hæc à Platone exprimentur potius, quàm illa.

IX. Ad primum *αὐτῆς* responderi potest; utramque positionem intelligi debere de subjectò capaci. Anima nostra destructilis non est, ut utar verbò Lactantii, eò ipso, quod naturâ suâ immortalis est. Quod si non est capax corruptionis, neq; ut conservetur in suò esse ab aliquò, apta est. Non loquimur autem de animâ intuitu causæ primæ, quæ ut omnia, ita & animam in nihilum redigere valet, eique ipsa conservationem & perpetuitatem suam acceptam refert.

REGULA II.

Absurdum est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui propriam vitium non præbet interitum.

I. Sunt iterum verba Platonis *l. c.* ex versione Marsilii Ficini depromta. Græca ita habent: *Ἄλλὰ μὴ τοι ἐκείνο γε ἄλογον, τὴν μὲν ἄλλ' ἔπεισαν ἀποκίμαται, τὴν δ' αὖτὸς μὴ.*

II. Disputat tibi Plato, animam esse immortalem, & ad confirmationem ejus præsentem adhibet propositionem. Quicquid propriò malo non interit, id nec alieno perimitur. Anima propriò malo vel vitio non interit. Ergò nec alienò interit, & per consequens planè nullus est ejus interitus: cum omne, quòd destruitur, à malo aliquo destruat, quod quidem vel proprium ejus malum esse necesse est, vel alienum.

Minorem probat, quòd propria vitia animæ sunt
injustitia, intemperantia, timiditas, inscitia, &c.
quæ animam deteriozem quidem efficiunt; non
autem dissolvunt aut tollunt. Major videtur no-
ta ex terminis. Quod enim nos proprium alicujus
malum vocamus, id Plato vocat *αὐτὸ νόσημα*
ipsum malum: quemadmodum Aristoteli *I. Politic.
t. 66. αἱ ἐν αὐτῷ δέχεται* sunt, quas aliàs vocat pro-
prias. At quis non intelligit, hòc ipsò, quòd aliquid
rem corrumpit aut perimit, ipsum malum esse.

III. Verùm regeri posse videtur, ex pravitate
ciborum propria; & sic corpori nostro alienâ, quæ
eibi vel vetustate corrupti, vel putridi, vel quòvis
aliò pacto vitiosi dicuntur, corpus perire posse.

IV. Pro responsione ipsius Platonis verba ad-
ducemus: *Ex ipsa ciborum propria pravitate, quæ
vel vetustate corrupti, vel putridi, vel quòvis aliò
comparati dicuntur, corpus perire posse, non arbi-
tramur. Verùm si ciborum vitium corpori pro-
prium ipsius vitium intulerit, dicemus, per illud
corpus ab ejus vitio, morbo scilicet, perdi. Corpus
verò ipsum, cum aliud sit, ciborum, quorum alia
natura est, alterò defectu, nisi proprium defectum
induxerit, dissipari posse, nunquam existimabimus.*

REGULA V.

Natura semper facit id, quod est optimum.

I. Η φύσις αἰετὸς τῶν ἐν αὐτῇ ὄντων το βέλτιστον
ait Aristoteles *II. de cælo 34. & IV. de part. ani-
mal. c. X.* Statuerat Anaxagoras, hominè prudenti-

tissimè
quod ut
Philoso
instruct
enim m
non ma
ctius ei
bens dif
quæ fier
tur, non
pruden
reâ, qu
tanquã
fuisse.

part. an

II. L
tia. Pro
contin
se, quã
βέλτιστον
melig e
possibil

III.
est opti
quod h
tura m

IX.
sum Re
ram fer
rendun

ti-

tissimum esse omnium animalium, propterea, quod unus omnium manus obtineat. Contra Philosophus noster hominē propterea manibus instructū esse docet, quod sit prudentissim⁹. Rem enim minorem majori prioriq; naturam addere; non majorem nobilioremque minori. Sicut rectius ei, qui tibiis scit, tibia datur, quā tibia habens discere iis jubetur. Cū igitur natura ex iis quæ fieri possunt, id faciat, quod est melius, sequitur, non ex eō, quod manibus homo præditus sit, prudentiam ipsi attribuendam, sed potius propterea, quod prudentiā plurimū pollet, manibus, tanquā re prudentiā inferiore, ipsum donandū fuisse. Disputantur hæc *cit. cap. X. Lib. IV. de part. animal.*

II. *Lib. IIX. Phys. t. 56.* similis occurrit sententia. Probat ibi Aristoteles, motum localem esse continuum, quod melius sit, continuum eum esse, quā contiguum. τὸ ἢ βέλλιον αἰεὶ τὸ πᾶσι βέλλιον ἐν τῇ φύσει ὑπάρχει. εἰ μὴ ὁμοιωτόν. *Quod melius est, semper arbitramur in natura esse, si sit possibile.*

III. Dicis: Si natura semper faceret id, quod est optimum, sequeretur, semper facere hominē, quod homo omnium, quorum generationem natura molitur, optimum sit.

IX. Ut argumentum præsens diluamus, & sensum Regulæ magis eruamus, respondemus, naturam semper facere optimum, sō sensu esse attendendum, qui non evidentissimum, & omnium ab-
su-

anima' su
inscitia, &
ciunt; non
videtur no
um alicuj
προνησ
oreli I. P
vocat pro
d, quod a
nalum esse
pravitare
alienā, qu
vel quōv
erire posse
s verba ad
vitate, qu
quodvis al
e, non arbi
corpori præ
us, per illi
di. Corp
orum alia
n defectum
imabimus
optimum
βελτιον
e part ani
ne prudent
tis.

furdorum maximum inferat. Non ergò id accipi potest de speciebus rerum, quasi nunquam de nuspian non faciat rem optimam speciei, quæ est humana. Si enim hoc modo semper faceret id quod est optimum, reliqua ferè omnia, imprimis autem animantia, aliquot abhinc annorum millibus essent sublata, neque ullum eorum appareret vestigium: imò ipse homo non diu à primâ rerum creatione potuisset subsistere, non suppeteribus, quibus vitam sustentaret. Hòc igitur modo naturam semper facere id, quod est optimum, facit, ut non faciat id, quod est optimum, quia facit, ut nihil faciat.

V. II. Illud minimè omittendum est, quod Philosophus dicit, naturam facere optimum *τα εὐδαιμόνια & τὰ ἡδονατικὰ*. Quod igitur Natura non semper facit rem optimam & nobilissimam speciei, vel quæ in se considerata, optima omnium sit & præstantissima; sed ex semine equino, equum, ex semine canis, canem, & quidem ex molossi molossum, ex vertagi vertagum, ex melite melitæum, semper facit id, quod est optimum *εὐδαιμόνια*, cum aliter fieri impossibile sit.

VI. Ex quibus evidens esse videtur, quod Natura dicitur semper facere id, quod optimum non tam accipiendum esse de ipsis rebus, quasi faciat semper rem optimi generis vel optimam & nobilissimam speciei, quàm de iis, quæ rebus, vel generibus & speciebus rerum insunt & conveniunt.

eo sensu
liis esse
optimum
nem bin
liqua an
ipsis sic
ditionis
stitueret
natura
libus tim
ratos,
impetar
Natura
non esse
liquan
corrum
petuas
patet se
VII.
latum e
multip
faciat
sit, ut,
aut dif
consv
obtime
vel imp
partica
homin

ergo id accidit, ut quædam animalia nobiliores, natura quamque ita faciat, ut optimum sit, vel ut optimè sese habeat. Hominem binis manibus natura instruxit, ipsum & reliqua animalia binis oculis, binis auribus, quod ipsis sic optimè sit, & longè deterioris essent conditionis, si hisce vel uno horum membrorum destituerentur, aut singula tantùm obtinerent. Sic natura fecit id, quod est optimum, quod animalibus timidis artus tribuit ad celeritatem comparatos, ferocibus & pugnacibus cornua, quibus impetant, ungulas validas, quibus calcitent, &c. Natura etiam, quia melius est rebus esse, quàm non esse, & per consequens semper esse, quàm aliquando tantùm, ideò eas, quæ quoad singularia corrumpuntur, per generationem in specie perpetuas efficere voluit. Ex quibus nemini non patet solutio argumenti § III. propositi.

VII. Quod si quis putet, nondum omne sublatum esse dubium, quod natura, stante specierum multiplicitate, in generatione monstrorum non faciat optimum τὸ βέλτερον; quod δὲ δυνατόν sit, ut, cum ex semine humano v. g. homo biceps aut distortus generatur, nascatur individuum consuetam dispositionem secundum speciem obtinens; Respondemus, posse aliquid possibile vel impossibile dici tum in universali, tum in particulari. Non facit Natura ex semine canino hominem vel equum, quia id univèrsim & impossibile est.

sibi.

sibile. Producit Natura monstrum, ut ex semine humano hominem bicipitem, aut aliàs distortum. quia licet universim non sit impossibile, ex semine humano nasci hominem, qui consuetam secundum speciem dispositionem obtineat, id tamē est impossibile in particulari, id est, ex semine tam copioso aut tam fluido, vel concurrentibus talibus qualitatibus, v. g. nimio calore, &c.

REGULA VI.

Natura semper intendit id, quod est optimum.

I. Redditurus Aristoteles *II. de ort. & inter. t. 59.* causam finalem perpetuæ generationis & corruptionis rerum; hoc affert: *ἡ ἀπὸ αἰῶνος ἀεὶ τὸ βέλτιον* & *ἡ φύσις ἀεὶ τὸ βέλτιον τὴν φύσιν*, *In omnibus semper natura appetit id, quod est melius.* Cū igitur melius sit esse, quā nō esse, omnia appetunt esse. Quoniā autē fieri nō potest, ut omnia, eo modo, quo corpora cœlestia, esse suum semper obtineant, nempe ut permaneant eadē numero, ideo expetunt id semper & perpetuo habere eā ratione, quā possunt, ut nimirum secundum speciem id perpetuent, quod quidem consequitur continuū rerum generatione & corruptione, dum, interuentibus singularibus, alia ejusdem speciei nascuntur: quod traditur etiam *II. de an. t. 34. & I. Oecor. c. p. III.*

II. Repetendum autem hīc est id, quod in

expositio
quando o
ptimum,
esse, qua
ris vel op
plex illa
rietas. &
hominis
aliàs no
suprà dic

III. M
tur. Natu
dere aut
intenda
tem om
sponder
rum hoc
est in un
tendit N
genere v
aurum p
quia aer
aurum i
Natura
hominen

IV.
distincti
Natura
tione in

expositione Regulæ præced. fuit allatum, nempe quando dicitur, Naturâ intendere id, quod est optimum, vel quod est melius, non ita accipiendū esse, quasi intendat in omnibus rem optimi generis vel optimæ speciei; sed ita, ut seruetur multiplex illa & admiranda generum & specierum varietas: & simile dicatur intendere similis, ut homo hominis, leo leonis, equus equi generatione cū aliâs non intenderet id, quod melius est, sicut ex suprâ dictis facilè perspicere est.

III. Multi Chymicorum asserere non verentur, Naturam in genere metallorū semper intendere aurum, usi præsentis principio, quod semper intendat optimum vel perfectissimum, aurum autem omnium metallorum perfectissimum sit. Respondet Sennertus Epit. Nat. Sc. L. V. c. V. *Verum hoc (Natura semper perfectissimum intendit) est in unoquoque genere. In genere hominum intendit Natura favere hominem perfectissimum, in genere vitis vitem perfectissimam; in genere auri aurum perfectissimum. Non tamen sequitur, quod, quia aurum inter metalla perfectissimum, tantum aurum intendat. Perinde enim est, ac si dicatur, Naturam in genere animalium semper intendere hominem, qui inter animalia est perfectissimus.*

IV. Verū non negligenda hoc loco videtur distinctio intentionis in primam & secundam, Natura id genere rerum ex se, h. e. primâ intentione intendit effectū producere siquile causæ in-

omni

omni perfectione debita speciei ipsius. Quod si non potest consequi, ob defectum al quem vel impediens causam, digreditur à primò instituto, & cum in uno vel altero deficiat, in quibus potest, causa similem reddit effectum, quæ est productio monstri, quod *παρὰ τὴν φύσιν* Naturæ ex cursum quendam & digressionem vocat, hilosophus.

V. Quin de mente ejus Natura primâ intentione intendit generationem maris, secundariâ autem feminam, quam dicit esse principium *παρὰ τὴν φύσιν*, *ὡς περ ἀρρεν περὶ γαμῶν*, *ὡς δὲ ἀναπνεύσας φύσιν*, quasi marem læsum, & quasi læsionem naturalem. Vide de gen. animal. L. II. c. III. L. IV. c. III. & VI. & Galenum L. IV. in usu part. c. VI. & VII.

VI. Quò referendum est, quod I. Polit. c. IV. scribit: *Vult Natura quidem etiam corpora labororum & servorum dissimilia efficere: hæc quidem ad usum necessarium valida; illa autem recte & ad tales operas inutilia, sed ad vitam civilem utilia atque opportuna, (quæ est primaria naturæ intentio) atque hæc etiam divisa est in usum pacis & belli. Accidit autem sæpè etiam contrarium, nempe alios quidem corpora, alios autem animos habere laborum: quod fit secundum intentionem naturæ secundariam.*

riam.

Dispu

T
m
A
A
tiam pa
ferri vi
βλαυο
rare, ni
est, qui
Aristote
est extr
II.
nihil co
telligen
violent
natione